

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237

[S.l.], 1661

Nemo vos seducat fratres, videte vocationem [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-127475](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127475)

Nemo vos seducat Fratres, videte voca-
tionem vestram.

1.
7
i. Cor. j.

Status Religionis est mortificationis schola, perse-
trū penitentia exercitium, necessaria ad perfectio-
nē via, indeficiens eisdem studium, et obligatio
indelebilis, Paupertatis semita, Angelica conversa-
tionis vestigium, seria vitæ emendatio, secura
occafionu peccati fuga, Carcer voluntarij, sui
Contemptus.

Quisquis abrenunciavit proprijs voluntatibz Dño
Ciro vero Regi militatur, sæculū relinquere, obe-
dientia fortissima atq; præclara arma assumer-
re, et in castris post Christū Crucē suam bati-
lare decrevit, rerū gerendarū sedula se se præ-
meditatione disponat, necesse est. Animaduer-
tere quippe debet, Quo e statu sit erutus,
in quem statum assertus, in quem statū
aspiret, et quid demū ab eo clemētissim
Deus ad ruinā culparū reparandā, et quod mo-
litur ædificium absolvendū, exquirat. Gratis
vocatq; gratiā pro supplicio recepit; à terra sacu-
li deserta loco habitōis et vastæ solitudinis e-
uocatq; et super excelsum Religionis terrā, ut co-

medat fructu agrorum, et sugat mel de petra viva,
constitutus est, exquisitissimus vero Deus, qui solus cepit opus
bonum, seculitatem multam ab eo requirit, ut una
cum ipso opus ceptum perficiat; qui lenim sine
operibus gratiam indulget, non nisi pro bonis operi-
bus praemium caeleste rependet. Juxta consilium
ergo Christi Domini talis semetipsum introspiciat, sup-
er quo, qui ad opus perficiendum necessarii sunt, con-
sultatur perspicaciter exploret. In palaestra
namque spiritalem contra Carnem, Mundum, Dia-
bolum Spiritus Sancti unctione delibatur, multo labore
ac diutinis congressionibus luctatur descendit;
Oportet enim ad vitam Monasticam recte insti-
tuendam, indomitas passionem, quae in saeculo vitio-
rum seminaria fuerunt, subiugare; Virtutes, quae
desuere, animo inducere; Carnem cum omnibus con-
cupiscentiis suis crucifigere; Veterem hominem
cum actibus pravis exuere, novum qui secundum
Deum creatus est, induere, semetipsum abnega-
re, mortificare et resignare, ac mente rebus car-
dudis omnem intentam, Deo per Orationis stu-
dium conciliare, ut statui vocationisq; satisfiat.
Opus certe arduum, quod et interno, et externo
conflictu peragendum est, dum homo sibi ipsi bellum

india

indicit, et ad passionis proprias expugnandas
virtutes exquirendas, sensus ab imaginibus crea-
turarum repurgandos armatur: Ceterum merces
amplissima est, quam nec oculis vidit, nec auris
audiuit, nec enim sunt condigna passionis huius se-
culi ad superuenturam gloriam, quam Deus prepara-
uit diligentibus se, quam illi quoque mouere potuit,
qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, mortem
ipsam ignominiosissimam. Quia propter melioris
sperae tantae mercedis erecto, timore quous
obrepente excutiat, idemque, quod olim Abrahae
modo sibi oraculum redditum existimet, Noli ti-
mere Abraham, ego protector tuus sum, et merces
magna nimis. Fortissime pro tanto bono, sub
protectore tanto ad operis arduitate superanda
animus erigendus, et rerum excellentium cogitati-
one incitandus, ne quod ex propria fragilitate
reformidet, qui enim deicit uelle, iuxta scripturam,
Dabit ei perficere, dia namque possumus in eo, qui
nos confortat. Qui ergo recesseri cupit inter pau-
cos illos, qui contendunt intrare per angustam
portam, arctamque uiam, quae ducit ad vitam, multa
expeditione conficere, ipso proposito, ad ignauiam
omne deperenda, et more sexaginta fortium s-

rael, ex se ad proelia distringendor, adstringitur.
 Qui viderit, accipiet calculum candidum ineffabili
 quodam noie in scriptu, quod erit aeternu partae no-
 bilitatis monumētū, et in regione vivetur, qui ex-
 ultat perenniter in gloria, et letatur in cubilibz
 suis, coparabit domū, abiqz tributo, nō enim erit am-
 plius neqz luctz, neqz clamor, neqz dolor erit ultra
 quia vetera transferūt. Transit labor multitudinis,
 et remanet pax unitatis, qua fidelia corda requi-
 runt, momentaneū quippe hoc, et leue tribulatio:
 nis nrae aeternū glorie pondz operatur in calis,
 testāte Chro, q ait; Vos q secuti estis me, cōtuplum
 accipietis, et vita aeternā possidebitis. Haec sūt ver-
 ba quae Monachus claustra replet, deserta Anacho-
 retis; haec sunt verba, q Aegyptū excoliant, et opti-
 ma, quaeqz eig vasa diripiunt; hic sermū viug et ef-
 ficax cōuertens animas felici emulatione sanc-
 titatis et veritatis promissione fidei. Hanc ut
 adipiscatur mercedē, Religiosus frequēter cogitet,
 ad quid venerit, cur saeculum reliquerit,
 nēpe, nō ut suā, sed eig qui misit eū voluntatē
 faciat, ut Des viuat, et spiritualis homo fiat,
 proinde oī die propositū suū renouet rogando;
 Adiuua me dñe deqz meū in bono proposito, et tuo
 Sancto seruitiv, et da mihi nūc hodie perfectē inci-

percre

9
pere, quia nihil est, quod hactenus feci, et ita ad
fectum ferueat, ut proposito Christiana perfectio-
nis fastigio, cogit enim ens, tandem aeterna felici-
tatis brauium comprehendat in caelis.

**Quo pacto Nouitius Conversione sua
incipere debeat.**

Nouitius qui mundi fallaciam egressus est, et ad tra-
quillum religionis portum conuulsus, exercere se
debet omnino primo in vita actiua, quae consistit in eme-
datione morum, extirpatione vitiorum, et in pla-
tatione virtutum; mortificatione passionum in-
ordinatarum, abnegatione sui ipsius, et resignatione
propriae voluntatis; istae enim actiones sunt fun-
damenta et exordia vitae spiritualis; quare illis
cognoscere certum est, qui vitam spirituales et virtutes
incipiendo, carnale vitam et mortem animae desere-
re satagunt.

In primis curet Nouitius, ut statum Religionis ad
quem vocatus est, in maximo precio habeat, ut hor-
tatur S. P. M. Benedictus in prologo Regulae ab illis
verbis, Ad te ergo, usque ad Exortamus ergo,
et Deo pro tanto beneficio gratias existat; certi-
tudo enim hac reddet illum perseverantem, et for-
tem in omnibus difficultatibus; Gratitude vero iustitia